

dibus dicas, ipsæ res verba rapiunt, ita fit
 tum grauior, tum etiam splendidior Ora-
 tio: sed ibi quidem dum inertiaæ propriae
 excusationes quærunt, Duci suo par cri-
 men obiiciunt. Quantū verò ex præmissis
 apparuit, dicerē huic mōstro subesse cau-
 sam posse, & ex Græca in Latinā seruatis
 ornāmētis eloquētiæ transiri non posset,
 nisi aliqui Platonis libelli ex illa in hanc
 linguā translati, suspicari tale aliquid nō
 finerēt. Sæpè igitur de hac re cogitāti nil
 aliud occurrit, quàm Aristotelicos libros
 transferentiū vel pigritiā certè, vel inui-
 diam, vel inscitiam, deniq; quocūq; voces
 nomine vitiū fuisse, cuius tam latè cōta-
 gia fluxerūt, vt iam spes remedij nulla sit.

ISOCRATES.

AT si nihil amplius dixero, licet ex
 præmissis Isocratis eloquentiam con-
 templari: quantum enim fuit tantū Phi-
 losophum, & proposito tam tenaciter in-
 hærentem, ab incepto diuertere, & ad
 peregrini studij amorem desideriumque
 traducere? præsertim cum Aristotelis
 consuetudinem exprimens Chalcidius,
 dicat hunc virum, suo quodam more,
 pleni perfectiq; dogmatis electum, quod
 visum est cæterorum fastidiosa incuria
 negli-